



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De Imperatoris Honorij pietate, De morte Constantij eiusq[ue] liberis, qui  
Honorio succeſserunt: De pace quæ tū per vniuersum orbem viguit. Cap.  
XVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

SOZOMENI HISTOR.

Quo modo Tyrannus Constantinus insignia Imperij deposuerit, ac presbyter ordinatus fuerit,  
ac tandem interfectus fu, sum de reliquis Ty-  
rannis, qui aduersus Honoriū insurrexerant.

CAPVT XV.

**P**ost victoriam rufus trajicente Honorij exercituad  
ciuitatem, certior factus Constantinus, Edobichum  
esse sublatum, ipse sibi purpuram & Imperij insignia  
detrahit, & ad ecclesiam confugiens ordinatur presbyter:  
tum accepto prius iureiurādo qui intra incenia erant, por-  
tas aperiunt, ac veniam consequuntur omnes. Itaque ex  
eo tempore prouincia ista rufus ad Honorij Imperium  
reversa est, ac ducibus ab illo constitutis paruit: Con-  
stantinus autem vna cum Iuliano filio in Italiam trans-  
missus, antequam eo perueniret, in itinere occiditur:  
nec multo post præter expectationem interimuntur Io-  
lianuſ & Maximus tyranni prædicti, tum etiam Sarus  
& alij plurimi cum his, qui Imperio Honorij fuerant  
infidiati.

*De Imperatoris Honorij pietate, De morte Con-  
stantij eiusqu liberis, qui Honorio succeſ-  
runt: De pace quæ tū per vniuersum  
orbem viguit. CAP. XVI.*

**S**ed hæc recensere non est huius temporis. Necessariò  
stamen ideo commemoraui, vt hinc sciremus Imperato-  
ri ad conseruationem Imperij sui sufficere, si Deum  
studiosè colat, ac sit qualis hic Imperator extitit. Aderat  
autem ipsi & Galla Placidia soror eius ex patre, consi-  
milter magnam gerens curam pro religione & ecclesiis:  
Eam in uxorem duxit Constantius, is, qui Constantini  
Tyrannidem sustulit, vir in armis strenuus, & in rebus  
bellicis exercitus, quem Imperator præmij loco tum  
sorore tum corona, tum purpura, tum Imperij consortio  
honorauit: qui quideni cum paulum temporis super-  
uixisset

uixisset defunctus est, relictis liberis Honorio & Valentino Honorij successore. Interea Orientale Imperium hostibus liberatum fuit, eiusque prouinciae multò cum decore administrabantur præter omnium sententiam, erat enim adhuc iuuenis Imperator: Sed Deus præsenti hoc Imperio manifestè delectari videbatur, qui non solum præter expectationem quod ad hostes attinet, ita dispernere, verum etiam multorum sancta corpora manifestaret ex his, qui olim ob pietatem illustres extiterunt. Cuiusmodi utique & illud est, quod tunc accidit in Zacharia vetusto propheta, & in Stephano Diacono ab Apostolis ordinato: Vtriusque autem inuentionis, cum miraculosa sit ac diuina, modum exponere necessarium esse duxi.

*De inuentione Prophetæ Zacharie &  
Stephani præthomartyris.*

CAPUT XVII.

**E**xordiar autem à propheta Cophar Zacharia, villa est in territorio Eleutheropolis Palæstinæ. Huic prefectus erat agri ipsius conseruus Calemerus quidam, domino quidem suo fidelis, sed morosus interim ac difficilis, & in conterminos agricultorū iniquus: Quamuis autem talis esset, propheta tamen ei vigilanti clara luce apparens se ipsum reuelauit, & horto quodam demonstrato, Age quæsto, inquit, hic fodito, ab hac sepi in hortū mensura ducta ad cubitos duos iuxta viam, quæ ducit ad ciuitatem Bethrerebin: Reperies enim arcam duplicatam, ligneam interiorem in exteriori plumbata, & propter hanc arcam vitreū item vas aquis plenū, & duos etiā serpentes amplitudine mediocres, mites & innoxios adeo ut manu scuti videri possint: Calemerus igitur ad locū indicatum ex prophetæ mandato profectus, operi gnauiter incubit, & cum secundum predicta signa iam in opertū producta & reclusa esset arca sacra, apparuit diuinus Propheta candidam stolā indutus, utpote, qui, ut opinor, etiā sacerdos fuerit: Sub pedibus autem eius extra arcam iacebat

puer